

Wolff Levinsohn

Dissertatio Inauguralis Medico-Practica Exhibens Observationes Nonnullas Varii Argumenti

Buetzovii: Ex Officina Fritziana, [1784]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1724968823>

Druck Freier  Zugang



Universität Bützow
Med. Fak. 1784
Levinsohn, Wolff

Bützow 034





DISSERTATIO INAUGURALIS
MEDICO-PRACTICA
EXHIBENS
OBSERVATIONES NONNULLAS
VARI ARGUMENTI

QUAM
IN ALMA FRIDERICIANA BUETZOVII
GRATIOSO FACULTATIS MEDICAE
CONSENSU

PRO GRADU DOCTORIS
SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS
IURIBUS AC PRIVILEGIIS

LEGITIME CAPESSENDIS

AD DIEM 2. JANUARI ANNO MDCCLXXXIV.

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

WOLFF LEVINSON

LISSA POLONUS.

BUETZOVII
EX OFFICINA FRITZIANA.

DISSERTATIO IN ALCURALIS
MEDICO-PRACTICA

EXHIBENS

OBSERVATIONES NONNULLAS
VARIARUM ARGUMENTORUM

QUAE

IN ALMA FRIDERICIANA BURTONIENSIS
GRATIOSO FACULTATIS MEDICAE
CONSENSU

PRO GRADU DOCTORIS

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS
IURIBUS AC PRIVILEGIIS

LEGITIME CASSANDI

AD DIEM 2. JANUARI ANNO MDCCCLXXIV

PUBLICO DEFENDIT

AUCTOR

WOLFF LEVINSOHN

VISSA POLONIAE

BURTONIA

FRIDERICIANA

VIRO
ILLUSTRI AMPLISSIMO
ET
DOCTISSIMO
DOMINO
M. OLAO GERHARDO
TYCHSEN

SER. DVCI REGN. A CONSILII AULAE
ORIENTALIS LITTERATURAE PROF. PUBL. ORD.

ET
BIBLIOTHECAE PRAEFECTO
IN ACADEMIA BUETZOVIENSI

HAS PAGELLAS

OMNI QUAE PAR EST, ANIMI OBSERVANTIA

D. D. D.

WOLFF LEVINSOHN.

VIRI

ILLUSTRI AMPLISSIMO

ET

DOCTISSIMO

DOMINO

M. OLAVO GERHARDO

TYCHSEN

PER DIRECTIONEM A CONSILIO ACADEMIAE

ORIENTALIS LITTERARUM ET PROE. PUBL. ORD.

ET

BIBLIOTHECAE PRAEFECTO

IN ACADEMIA BRITANNICA

HAB. PAGELLAS

OMNI QVAE SIBI ERANT OBSERVATAE

L. B. D.

WOLFF LEVINSONN.



PROLEGOMENA.



Quod ii, qui aliquod moliuntur
opus, quibus de causis id fa-
ciant, commemorare solent,
ne cramben bis coctam reco-
quere, aut falcem in alterius messem inferre
videantur, id & mihi eam praecipue ob caus-

A 2

fam

fam nunc iniunctum sentio, quod homo ha-
tenus obscurus in scenam eruditorum prodi-
re audeam, plausu vel sibilo excipiendus.


Ad lauream doctoralem ut mihi viam
panderem, dudum mihi curae cordique fuit,
summo itaque studio omnibus ad medicinam
pertinentibus disciplinis sub ductu virorum in
Academia Hafniensi & munerum splendore &
meritorum famaeque gravitate incomparabi-
lium, per sex annos, & quod excurrit operam
dedi, inter quos primo mihi nominandus est
loco, vir mea laude superior Professor TODE
v. c. Cuius in me merita, tanta omnino sunt,
quanta verbis exprimere non valeo, siquidem
non

non modo ab ore viri istius inclyti totus pependi, & universum medicinae ambitum ipso praecunte emensus sum, sed & manu quasi ab eo ductus fui, ad ipsam praxin cum Theoria vinculo indissolubili coniungendam & in instituto educandorum liberorum curate exercendam. Quum itaque in praxi medica non plane hospes sim, crediderim, in malam vix mihi posse interpretari partem, si postquam gratus medicorum in inclyta Academia Fridericiana quæ Buetzovium ornat, precibus meis more recepto lauream apollinarem capeffendi locum reliquit, materiam disputationis inauguralis eam praecipue

selegerim, quae ad praxin spectet, & quibusdam circa morbum unum alterumque observationibus sit circumscripta. Facile quidem praevideo fore, ut in quorundam eruditorum, quibus omnia, quae nova non sunt, aut ipsi non faciunt, sordent, aut qui omnes morborum observationes flocci habent, incurram reprehensionem. Sed eiusmodi aliisque quae excogitari possunt, criminationibus nihil reponam, liberum cuique relinquens iudicium, quippe qui neque primus sim, qui observationes medicas in publicum edit, neque ultimus sim futurus. Nam quum ars medica cum primis experientia sit fundata, dubitari nequit,

nequit, quin in tanta morbi unius eiusdem-
que varietate, observata ad sua capita collecta,
magnam ei sint utilitatem allatura, qui in
morborum, ut fas est, causas inquirere, ae-
qua lance omnia Phœnomena ponderare, &
curationes certo & accurate inductis exemplis,
sistere voluerit. Selegi tantum modo ex larga
segete paucas quasdam observationes, quas
lectorum erit benigne interpretari, meum ve-
ro earum accuratorem & fidem asseuerare,
plures olim daturus, si fata id quidem tulerint.
Ante vero, quam praefationem finiam, non
possum non gratiam Fac. medicae & Decani
eiusdem, summi G. C. DETHARDINGII ea
qua

qua par est animi obseruantia praedicare. In
magna sane felicitatis meae parte pono, quod
mihi contigerit esse tam felici, non modo in
hac inclyta musarum sede, sed & a Brabeuta
iam annum vitae octuagesimum sextum felici-
cibus auspiciis ingressuro, laurea doctorali
condecorari.



OBSER-



OBSERVATIO I.

De Apoplexia serosa a retropulsa scabie.



Puer annos decem natus, in quo magna erat corporis siccitas, scabie laborabat, ad quam tollendam, quum neque idoneum ad scabiem remedium v. c. purgatoria prius essent adhibita, quam unguentum e mercurio praecipitato rubro & axungia porcina conflatum adplicatum fuisset, fieri aliter non potuit, quin paruo temporis interuallo scabies ad tem-

B

pus



pus sedaretur, ut eo vehementius postea sese exsereret. Vix enim praeterlapsi erant pauci dies, postquam hora quadam post meridiem de lassitudine angore & oculorum hebetudine conquestus, in lectum se recipere necesse habebat. Hora vix abierat, quum sensus tam externos quam internos amittens, vultus eius ardere videretur, respiratio impedita & ronchiffans, pulsus quidem plenus & fortis, sed inaequalis & interruptus esset, spumasque ore ageret. His visis & auditis, venam incidere, & sex ei sanguinis uncias elicere curavi. Quibus rite peractis, & calore manifesto se frangente, ipsi emeticum granis tribus Tartari emetici aquae Mellissae uncia una soluti, ordinaui, quod vero uno haustu absorptum plane nihil efficiebat. Clystima itaque multo sapone & sale communi oneratum ipsi adplicandum curavi, quod bis alvum soluit, cum aliquo aegroti levamento. Spe aliqua conualescentiae inductus vesicatoria in furis & sinapismos sub pedum plantis adplicare consultum duxi. Initio quidem aegro saluti esse videbantur, cauere tamen non poterant, quin die sequenti vitam cum morte commutaret.

Cadavere 24 post mortem horis dissecto, in ventriculis cerebri anterioribus quatuor circiter unciae
aquae



aquae reperiabantur. Quilibet artis peritus facile perspexit, morbum hunc e scabie retropulsa originem suam traxisse, & apoplexia serosa concomitatum fuisse.

OBSERVATIO II.

De Catarrho suffocativo.

Die 8 Februarii anni praeteriti ad puerum novem annos natum, cachecticae corporis constitutionis, in lecto cubantem, qui, ut mater ipsius narrabat, rure rediens epiphora oppressus erat, ad quam tollendam cerevisia calida aliaque remedia domestica sine spe salutis adhibita erant, aduocatus, cuius quum vultum spongiosum & turgidum, oculos scintillantes, difficilem & frequentem respirationem cum stertore sonoque sibilante coniunctam, pulsum inaequalem deprehenderem, statim in brachio vena incisa cruoris sex uncias elicui & clystere ex decocto auenaceo, sapone albo, & sale culinari praedito ipsi adplicato, sequens ipsi praescripsi emeticum uno haustu absorbendum:

Rec. Tartari emetici grana duo

solvantur in

aqua Melissæ s. v. unciam unam

M. Det.

B 2

In



In pectore vero & inter humeros vesicatoria imponere curavi.

Redeunti mihi post horam, relatum fuit, emeticum semel vomitum creasse, & clystma sedes duas concitasse.

Aegroti quidem vultus non tam turgidus, respiratio facilior, & pulsus aequabilior, sed ad ea de quibus interrogabatur, nondum rite respondere poterat. Hinc ipsi pulveres sequentes ordinavi:

Rec. Kermis mineralis grana quatuor.

Nitri depurati drachmas tres

Sacchari albi drachmam

Misc. dividantur in duodecim

partes æquales. ℞

Omni hora unum sumendum esse pulverem, & species pectorales de Pharmac. danica loco theae esse bibendas.

Circa vesperam diei vesicatoria insignem prae-buerant effectum, & pulsum æqualem comperi. Deliganda curavi loca, ubi vesicatoria fuerant adplicata, unguento Basiliconis, cui insuper pulverem cantharidum

dum adpersi auctorque fui, ut in usu supra nominatorum puluerum continuarent.

Die 9 Aegrotus noctem fere insomnem transegerat, tussis erat exasperata, & multam pituitam cruore mixtam exscreauerat; pulsus tamen erat æqualis, respiratio facilior, & ut decebat loqui poterat.

Quum circa vesperam eiusdem diei certior factus essem, pituitam sanguine non amplius mixtam, ventrem vero suppressum esse, clyisma ex auenaceo decocto, sale communi impraegnato ipsi curavi iniiciendam.

Die 10 meliusculus esse coepit, somno aliquantum nocte præterita usus, transpiratio & excretio bene procedebant. Questus vero est de pectoris oppresione, & de crassa expectoratione, ad quae symptomata mitiganda sedandaque praescripsi

Rec. Oxymel scillitici unciam unam.

Spiritus nitri dulcis, drachmas tres

Syropi de althaea, uncias tres

M. D. S. alternatim cum pulueribus supra nominatis cochlear maius sumendum. Tempore vespertino pe-

B 3

ctoris



pectoris oppressio fere cessabat, aluum bis exonerauerat, hinc remedia supra dicta continuanda esse iniunxi.

Die 11. quum a pectoris oppressione & tusi liberatum se sentiret, placidum somnum aluum apertam, pulsum naturalem haberet, & interdum alacrem & laetum se gereret; quouis die tres tantummodo pulueres una cum electuario pectorali usque ad diem 13. ipsi propinandos dedi.

Die 13. Indicia saburrae primarum viarum sese prodentia in caussa erant, ut aquae laxativae v. unam unciam & Salis sedlicensis drachmam, una vice sumendam ipsi ordinarem. Quae quum tres sedes conciliassent, species pectorales solummodo eum bibere iussi.

Die 14. cum valetudine quidem in gratiam redierat, ut ope mea amplius haud indigere videretur. Interim tamen viribus nondum recuperatis, commo- dum duxi, corticis peruviani decoctum & diaetam congruam ipsi praescribere, & die 20. saluum & incolumem dimittere.

OBSER-

OBSERVATIO III.

De Malo Hypochondriaco.

Vir quidem annorum 36, corpore macer, a malo Hypochondriaco per annos circiter septem mire excruciatuſ, fruſtra exercuerat medicorum induſtriam & peritiam. Quum vim morbi tantam ſentiret, ut lecto affixuſ haerere cogeret, nihilque reliqui, quod ad morbum ſanandum & ad recuperandam valetudinem pertineret, ſe feciſſe exiſtimaret, ab omnibuſ medicamentis de futuro abſtinere ſe velle Jouem lapidem iuravit, ne morbum ampliuſ alere videretur. Quare non modo a conſuetudine amicorum refugere, ſed & teſtamentum ſcribere ſumma obſtinatione ſibi propoſuerat. Tamen precibuſ & compellationibuſ ſamulae ſuae locum relinquens me arceſſi iuſſit, atque facta de malo ſuo inveterato ſat ampla relatione a me petiit, ut remedia ipſi non ampliuſ proponerem. Cogitanti itaque mihi, quod malum hocce ex diſſoluta ſua vivendi ratione ſibi contraxiſſet, placuit ipſi conſulere, ut ad corroborandum ſyſtema nervorum debilitatum, corpus carniuſ uſu frequenti, potuſque vini maderenſiſ & aquae Pyrmontanae, nec non motione refice-



ficeret, & firmum validumque redderet. Sic quum consilium meum probasset, praescriptoque per mensem satisfacisset, leuior morbus esse coepit, tandemque profus abiit.

OBSERVATIO IV.

De Ictero.

Vir annis triginta maior, vitamque colens sedentariam, praeceps in iram, & magnam sollicitudinem habens, postquam ad indignationem concitatus erat, die sequenti vomitionem, pressum in regione epigastrica, & tensionem in latere dextro sub costis breuibus sibi contraxerat. Saporem amarum & malum intelligebat, cibi tenebatur satietate & alui durtia, cutis imprimis tunica oculi coniunctiua flavescebat. Urina non modo spissa, sed & adeo flaua erat, ut linteam in eam intinctum colorem flauum duceret, excrementa erant alba; torpebat, & fornicatione ita cruciabatur, ut noctes ageret infomnes. Vomitorium ipsi ordinaui ex rad. Ipecacuanhae scrupulo uno, pulueris rhabarbarae semiscrupulo compositum, quod vomitum ter mouebat. Auctor itaque ipsi fui, ut puluerem

Rhei



Rhei cum sale de Seigneti & infusum rad. graminis sumeret, quibus adhibitis malum gradatim minuebatur, & decurso 14 dierum spatio prorsus tollebatur. Nihilominus tamen fecius non multo post icterus quidem redibat, sed vi pristina remittebat, quem denuo rhabarbarinis & graminis decocto profligavi, quibus etiam remediis ad tempus destinatum, utendum ei esse suasi. Sed vel sic icterus, interiecto aliquo tempore, repetebat & docta plus valere arte malum videbatur, quum forte fortuna aeger, pudorem dimittens, mihi de gonorrhoea sua annosa ingenue confiteretur. Simulac latentem hunc aduersarium detexeram, mercurii ope ad interuersionem usque vici, aegroto valetudinem perditam ita restituens, ut medicina amplius non indigeret.

OBSERVATIO V.

De Vermium curatione.

Equidem pueros quosdam verminantes, mediante femine brassicae rubrae & femine cinae curaue-
C ram,



ram, sed me latebat, idem sine addito cinæ femine præstari posse. Hinc non potuit non voluptati mihi esse, experientia edocto, quod Brassicæ semen ad vermina curanda sufficiat. Puellæ cuidam Buetzouienfi, quæ iam diu cephalææ, ventris inflati, conuulsionum & id genus alia obnoxia erat, & varia vermium digitalium genera coloris albi, tam plana quam ferrata euomebat, ordinaui seminis Brassicæ rubræ unciam unam, & syropum de Althæa q. s. ad electuarium, quatuor vicibus cochlear minus quotidie sumendum. Die tertio post electuarii usum, 35. supra nominatorum vermium alui deiectione apparebant; sequenti itaque die pulueris rad. Galappæ semidrachmam, & Mercurii dulcis tria grana, eum in finem ipsi præscripsi, ut vermina forte residua funditus euerrerem, quod ex voto omnino cesit, simulque ut electuarium continuaret, consilium dedi. Quo octo circiter diebus usâ, pristinam valetudinis prosperitatem recuperabat.

Experimentum huius curationis adhuc cepi in tribus exemplis, breuitatis studio hic non enumerandis.

Sed



Sed hic praeter omnem spem atque opinionem, pedem sistere cogor ex causis quibusdam son-
ticis, quas filere praestat, quam ordine recensere,
quum me praecipue attingant, nec ullum in obser-
vationibus meis abruptis, ad aliud tempus commo-
dius reservandis, damnum & iacturam ars medica
facere videatur.

T A N T U M.



THE-



T H E S E S.

I.

Ardua fane res est, medicam exercere apud Judaeos artem, ob summam conciliandarum consuetudinum cum Therapiae praeceptis difficultatem.

II.

Mosis iam aetate varia specifica contra leprae species, febres inflammatorias, aspidum morsum rel. obtinuisse remedia, diuina satis superque euincunt monumenta.

III.

Salomonem Regem summum fuisse botanicum & rerum naturalium inuestigatorem, testimonium 1 Reg. V, 13. occurrens, extra aleam ponit.

IV.

Elephanti structuram tam externam, quam internam, Hiobi
tem-

tempore probe cognitam fuisse, ex eius Cap. XL, 15 - 24. sole meridiano clarius elucet.

V.

Opinionem de animarum migratione olim apud Judaeos haud obtinuisse, non modo mausolea, quibus cadauera curate recondebantur, splendida, cauernae, pyramidesque, sed & viciniae omnis generis innumerae oblatae, & varia S. S. loca v. c. Ezech. XXXVII. Jes. XXVI, 19. satis superque testantur.

VI.

Judaeos quodam septimanae die duas fouere animas argumentis haud contemnendis, si a medicis obseceris, defendi potest.

VII.

A vero haud aberrare videntur Thalmudistae, afferentes Veneris & Bacchi immodicum usum, calceos angustos & lectos breuiiores Podagrae causam & fontem esse.

VIII.




VIII.


Neque contra Semioticam peccare videntur gemaristae, quando aegroti sternutationem, alui solutionem, pollutionem nocturnam, somnum & somnium pro praeclaro reconualescentiae ipsius auspicio habent.


IX.

Febrem hiemalem pertinaciorem esse feбри aestiva recte statuerunt Thalmudistae.




















tempore probe cognitam fu
meridiano clarius elucet.

Opinionem de anima
haud obtinuisse, non modo
recondebantur, splendida,
etiam omnis generis innu
v. c. Ezech. XXXVII. Jef.

Judaeos quodam sept
gumentis haud contemnen
potest.

A vero haud aberrar
Veneris & Bacchi immodici
breuiores Podagrae caussam

21
Cap. XL, 15 - 24. sole

one olim apud Judaeos
quibus cadauera curate
ramidesque, sed & vi
ae, & varia S. S. loca
atis superque testantur.

duas fouere animas ar
ticis obsefferis, defendi

halmudistae, asserentes
ceos angustos & lectos
fe.

VIII.

